Quaestio physiologica pro baccalaureatu. : mane discutienda / praeside J. V. D. D. Henrico Haguenot ... ; sub hac verborum serie. ; an humores contineantur formaliter in vasis sanguiferis. ; [Propugnabit ... Joannes Vernede ...].

#### Contributors

Haguenot, Henri, 1687-1775. Vernede, Jean, active 1713. Ecole de médecine de Montpellier.

### **Publication/Creation**

[Montpellier]: [publisher not identified], [1713?]

### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/dbujmfdz

#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org



# QUESTIO PHYSIOLOGICA

# PRO BACCALAUREATU

MANE DISCUTIENDA

## commo animol anil alipe R. A. S.I. D. E. good

J. V. D.D. HENRICO HAGUENOT Regis Consiliario & in alma Monspeliensium Medicorum Academia Doctore Aggregato meritissimo.

## SUB HAC VERBORUM SERIE.

An humores contineantur formaliter in Vasis sanguiferis.



U A M v I s in Medicina facienda, parvi referat hanc quæstionem dirimere, sieut & plurimas alias quæ per multas sæculorum series, non solum Tyronum, verum etiam jatricæ artis
professorum animos male contorserint; nos tamen pro laudabili scholarum consuetudine, quæ propugnando, & oppugnando, seu disputantium constictibus, torpescentia inge-

nia, quasi excussis rationis igniculis, mover, acuit & illuminat, illam, in primis, ac publicis virium nostrarum tentaminibus proponere, quodque rationi atquè experientiæ magis consonum videbitur, sustinere juvabit.

Sed, antequam de modo, quo humores in vasis sanguiseris existunt, sermonem instituamus, operæ pretium duximus ipsorum definitiones, & divisiones expromere; nec-non rationem, qua in suis officinis conficiuntur,
præmittere: quô autem supervacaneas repetitiones evitemus, postulamus ut
nobis liceat spiritus animales, copulam explosivam, sluidum cordis motiyum, sub ipsis comprehendere. Sie itaque.

Humor in lata fignificatione fluidum quodeunque sensibile; vel insensibile, ex cibo potuque in corpore emergens: in stricta verò significatione, liquidum tantum sensibus obvium, ex issdem in corpore consurgens.

Juxtà hanc ideam, spiritus aliaque fluida, quæ sensum sugiunt ex humo-

naturalem & præternaturalem.

Naturalis dicitur qui humano corpori, secundum naturam, inest; hie dus plex statuitur, vel enim illi inest ab ortu, & individua speciei solummodò respicit, vel post ortum accedit certo quodam tempore, & ad speciem postius quam ad individua spectat.

Ad primum revocentur humores omnes, qui in fœtu perfecto producun-

tur: ad secundum semen, lac & sanguis menstruus.

Naturalis humor, qui humano corpori ab ortu inest, distribuitur in a libilem, recrementitium, excrementitium, & neutrum.

Primus censeatur ille, qui partium fluidarum nec-non solidarum nutritioni

& accretioni dicatur, quales sunt chylus & lympha.

Secundus est humor sensibilis, per propria cola separatus, speciali alicui functioni, intrà corpus inserviens, qualia sunt fermenta omnia alimentorum coctioni, destinata.

Tertius est humor, qui per sua incernicula, & ductus tanquam inutilis,

& nocuus foras amandatur, , sudor, & urina.

Quartus demum est humor aquosus, & lymphaticus nec sunctioni in corpore, nec generationi, nec prolis conservationi dicatus, in aliquam cavitatem notabilem, vel intercapedines partium essus, in iisquè retentus,
qui peculiarem præbet usum; exempli gratia, aqueus oculorum humor,
aqua pericardii, musculorum, & articulorum mucilago.

Humor non-naturalis est ille, qui à causis extrinsecis humano corpori suggeritur, ut aquæ minerales, in statu naturali epotæ, vinum in Diabete haustum; quæ absquè manifesta alteratione, per vias urinarias rejiciuntur.

Humor præternaturalis, de quo nos hic parum solliciti sumus, is est, qui præter naturam in nobis generatur, ut pus & sanies.

His præsuppositis, doctrinæ ordo postulat, ut ad humorum genesim;

desumpto à chylosi exordio, progrediamur.

Alimenta solida ori intrusa, dentibus inciduntur, & comminuuntur, ac permixtione salivæ, quæ sit mediantibus sibrarum linguæ, & musculorum masticationi inservientium contractionibus in pastam mollem rediguntur; inde motu peristaltico æsophagi, per hujus canalem in stomachum exactiùs subigenda devolvuntur: seriùs, ocyùs, plus, minusve subacta, peristaltico pariter ventriculi motu, ad intestina ulteriùs elaboranda demittuntur.

Quidam præjudiçiis obcæcati, vel hisce temporibus, quibus sanioris mentis philosophi, entitates materiales, à materia realiter distinctas, & cum ipsa penetrabiles exilio mulctarunt; solum calorem chyli opificem esse pro aris & focis contendunt, etsi illum per se agere, movere, vel alterare non posse,

ums fub iphs comprehendere, Sie itenti

fateri cogantur.

Nos quidem, qui calorem in motu celeri, perturbato, & vorticoso particularum insensibilium suidorum, vel vehementissimis corporum solidorum sibrarum vibrationibus consistere statuimus, neutiquam insiciamur miasmata calida quæ à stomacho, intestinis, nec-non partibus vicinis emanant, attenuando sermenta, corumque motum intendendo, imo & ipsum aërem ad chylisicationis opus suum symbolum conferre.

Alii menstruis acidis acido-salsis, alkalinis, aut alkalino-salsis, aut om-

nibus, totum chyloseos negotium committunt.

Nos, quibus in votis est nemini detrahere, aqui bonique omnium sententias consulere, variasque in quantum possumus lites componere (cum verisimile non sit unius speciei fermentum cujusvis speciei alimentorum dissolutionem moliri posse) ultima sententia astipulamur, ità tamen ut in salubri corporis statu, acria, in menstruis alimentorum coctioni destinatis, pradominium obtinere arbitremur.

Interim reliquias chyli in ventriculi, & intestinorum plicis, horumve valvulis duntaxat conniventibus hospitantes, salibus evolutis, non nihil ad laudatam coctionem contribuere nullatenus dubii asserimus: absit ut ad triturationem, novitatis prurigine inducti recurramus; an tanta est vis substantiæ mollis ventriculi, & intestinorum hominis; quanta ad alimenta solida atterenda, ac in minutissimas moleculas integrantes, vel estentiales resolvenda requiritur? æquis rerum æstimatoribus judicandum relin juimus.

Quid ? canes ossa dura, variis aciebus, & spiculis instructa, impunè devorabunt? sibræ nerveæ ventriculi contracti, & compressi multisariam lacessentur absque nauseà, vomitu, ululatu, aut minaci rictu? vasa sanguisera errodentur, & persodientur absquè instammatione & cruoris essusione? hæc si
ità sint exulabit omnis nervorum consensus, posità actione, nulla dabitur
reactio; quæ necessitas commutandi opiniones probabiliter saltem veras, cum
manisestè falsis?

Sed licet alimenta solius triturationis opera nec dividi, nec moliri, nec penitus confici ratum sit; in genere tamen satendum peristalticas ventriculi, & intestinorum contractiones, accedente compressione à Diaphragmate, & musculis abdominis, illa exagitando, & ipsis exactius permiscendo termenta,

concoctionem adjuvare.

Nunc fusius exponendus est modus, quo cibus in stomachum, & intestina ingestus omnino dislolvatur. Partes menstruorum aquez cibi potos, & meandros subeunt, ejus contextum relaxant, salia terreo, & sulphureo elemento minus implicita, indiscriminatim liquant, & movent, congenera menstruorum, & cibi salia in motum acta, junctis viribus in idem conspirant; utrorumque alkalia & acria pectinis instar, crispa, & intorta sulphuris sam na ex mutuis complexibus magnam partem expediunt; diversaque indolis salia in libertatem vindicant; hæc sui juris sacta secum, & exoticis sermentorum atomis congrediuntur, sermentationis tumultu cibi compagem succutiunt, illum in moleculas integrantes, vel essentiales, aut partim in

has, partim in illas redigunt intereà acida, & acido salsa officii sui partes implent; phlegmate enim adactæ in alimentorum poros vim cuneolorum exercent, vel inhibito materiæ æthereæ cursu sermentationem extendunt; alterutro modo in porotum latera sit impetus. quo respectivum situm mutant. Interim quædam sulphuris silamenta in motum concita, præ supersicierum, & meatuum convenientià alia quiescentia ab aliis abripiunt.

Accedit quod corum nonnulla alimentorum poros ex parte opplendo,

alkalinorum & acrium texturam firmando, fermentationem intendant.

Tandem calor, reliquix, contractiones, compressiones (quorum agendi modus in præmissis explicatus est, vel ex ipsis colligi potest) ad ultimum chyli complementum concurrunt.

Sed quorsum tanta verborum farrago? nondum numeris omnibus absolutus est chylus, materiem tantum ventillamus; huic deest forma quæ essen-

tialis nomine infignitur, quæque ipsam specificat, ac determinat.

Rem paucis accipite. Partes alimentorum aliæ aliis ad unguem quadrant, aliæ aliarum contactum renuunt, istæ incerta proportione pro ratione congruentiæ sibi superstructæ, certo ritu combinantur, sic-què chylum for-

maliter, ut ajunt, constituunt.

Chylus à fæcibus separatus, ab intestinalibus euripis admirando naturæ mechanismo, ad sanguinem desertur unà cùm ipso protrusionis motu, sanguisteationis ossicinas, auriculas scilicet, & ventriculos cordis, arterias, & venas, utrarumque communicationis poros perlustrat, cordis, & arteriarum contractionibus, sistalticà partium virtute, per tubulos, & vias angustissima commeatu, elatere aëris, qui in vesiculas pucumaticas irrepit, vasaque impetit, interventu nitri aërei, aliorumque salium in aëre volitantium variis modis concutitur, varias alterationes patitur, tandèm non secus ac alimenta in minutissimas moleculas, sacessit, harum aliæ cùm aliis connubia incunti hine diversi humores resultant, quorum constructioni savet marteria primi elementi trajecta per poros partium humoralium in suo esse, ut Ioquuntur, constitutarum; namque illa in qualibet strue his omninò assir mulanda, cudit poros similes illis per quos transit.

Per transennam dicimus partes integrales humorum veluti solida corpora considerandas esse, uniformi motus determinatione cieri, neque homogeneas, neque heterogeneas una fermentescere posse; siquidem materia subtissis, que permeat quarumcunque homogenearum poros, in solidas heterogenearum partes impingit, utrasque circumfluit, ità ut innumeros propemodum vortices in massa humorali concipere sas sit. Quoad homogeneas sibi secundum omnia congruunt. Fermentatio igitur que se manisestat in liquore vitali, tota referenda est in salia, que nondum humores proprie dictos contexerunt, in illa que ex humoribus attritis suggeruntur, in laticem

spirituosum, nitrum aëreum, corumque commilitonem.

Jam perpendendum, an humores formaliter, vel materialiter tantum in vasis sanguiseris contineantur. Humores contineti sormaliter in vasis sanguiseris, est elementares corum partes in certa quadam proportione, cum sta-

bili quadantenus situ, sibi invicem ità adhærere, ut singulæ illorum moleculæ integrantes, quamdiù discretæ existunt, propriis motibus agantur: humores verò contineri materialiter tantum in vasis sanguiseris, est corum elementa, sivè primaria, sivè secundaria solummodò in illis sine ordinatione, in qua consistit forma, concludi.

Ex communi medicorum calculo, sanguis stricte sumptus, & lympha, non obstantibus circulationis, fermentationis, & suxilitatis motibus, ac multarum, particularum diverse indolis confusione, in vasis formaliter

producuntur; nihil igitur impedit aliorum humorum genesim.

Obstructis renibus, aut ligatis arteriis emulgentibus, quandoque humor odore, & sapore urinæ speciem referens (ut ex ipsius vomitu liquido constat) in stomachum depluit; quandoque sudor emanat copiosus urinam redolens; ut sensibus explorare est. Quæso ex quo sonte scaturium liquores illi? profecto ) ex sanguine.

Hepate oppilato, colore flavo, viridi, nigricante, tingitur totius corporis habitus. Unde autem colores illi? certe ex Bilis cum corpore mucoso permixtione

Nulla est virtus prolifica humorum in colis, ductibus, aut receptaculis; qui

illis offeruntur humores , transmittunt , vel affervant tantum.

Si fermenta comminisceremur, inquirendum unde illa profluant, si à sanguine eodem pacto, quo illa in ejus sinu progignuntur, alii pariter humores ibidem progigni possent; si corum materia duntaxat è sanguine ad cola appellat, opus crit aliis fermentis ad illorum formam educendam sicque progrediendum crit in infinitum.

Tandem si sola materia humorum suis incerniculis administraretur, tot admittenda essent incernicula, quot essent elementa ex quibus varii humores constant, quod à ratione abhorret. His argumentis innixi, jure concludimus.

ERGO humores sunt formaliter in Vasis sanguiferis.

### DISPUTATURI.

PROFESSORES REGII.

R. D. Franciscus Chicoyneau, Cancellarius.

R. D. Joannes Chastelan ; Decanus.

R. D. Joannes Bezac.

R. D. Petrus Chirac.

R. D. Petrus Magnol.

PROFESSORES REGIL

R. D. Antonius Deidier.

R. D. Petrus Rideux.

R. D. Antonius Magnol, Patris Coadjutor.

R. D. Joannes-Henricus Haguenot;
Doctor Aggregatus.

### DOCTORES ORDINARII.

M. Eustachius Marcot. M. Antonius Fizes. M. Ludovicus Fontaine.

Quam propugnabit Deo-duce & auspice Deipara JOANNES VERNEDE Castronovariensis, Apud Occitanos, Artium liberalium Magister jamdudum Medicina Studiosus in Augustissimo Monspeliensis Appollinis lycao, die 19 Augusti anni 1713. ab hora octava ad meridiem, pro prima Appollinari laurea consequenda. salore manufil along the carriers in the adjustment of the sale allowed the sale of the sa the rest of the second of the in a little of the second state of the second secon continued to a surface of the stock of the surface of the surface of the surface of is a general mediconum et lend in the sid faithful for the lympha. come obligations wire plantered of terminations at the planter property round dipolicate a substitution a substitution of the substitution odore, & lepore mine feet on reference ( sit ex iplies require lique o conflict) and the port of the property o ion tailous quota vieres problem benderale cellos ne manonend antidore servir fiz altifete insi. and a to monday falls about much good only mention the feathers accommodate the abide in propagate to comments whereastern is a supplied to the group and bride to -ord outside the property and thorams and the same and the same begins be a second of the same of the The standard or at the standard of the standar to a state of the administration after anterescular information of commercial and purpose rate hombres configure, qued é-satione abborret; il Forguerites sentel, jure concludient, ER CD hamoure floor formaliser on Figure Jangerige by DISPUTATURE PROFESSORES RECIP TORRESSORES RECUE To Or Mancileus Chicopheau Antonia Dealist. H. D. Petros Rideore is K. D. Joannes Chaffelon , Decarnic, Both County Boxes R.D. Perfor-Chicac. Tek. C. Tononcia Mentions Haguesot a L. D. Perres Magaol. DOCTORES ORDINARIE Mr. Buffaching Mercora M. -Antonius Figus, M. Ludovicer Fontaines Lign recognization Develope to aufice Despired foxunas Vanicaus Cofficens. Carrieries, at pure Aprecia party and eliente alleger and a contract of the contract of the contract of Studieties in sensibilities have principle appointed for an exceptional A PASSE OF FLOOR AREAS AND RESIDENCE AND PROPERTY AS THE CONFIGURE AS A STATE OF THE PASSE.



